

1622
1773
1790



ae



1. Arndt v. Jod. v. querela de
neutralitate Sacra, 1650
2. Amling v. Wolff. v. fullweisung
von der Messenordnung
Christi Zerbst 1586.
3. Andreæ v. Jac. v. gaudijfert
der Leser von der Johannis-
Tubingen 1581.
4. Nagely v. Pauli v. prognosticon,
Leipzig 1622.
5. Der Armen Truffzen, Leipzig
1621.

HYMNVS NATALITIVS

DE CHRISTO SERVATORE ET
IMMANVELE NOSTRO, NATO EX
MARIA semper Virgine: à Sedulto Presbytero conscri-
ptus, & Heroicis versibus redditus & dicatus,

NOBILISSIMO, ET MAGNI-
FICO VIRO, AVTORITATE, SAPIENTIA, DO-
CTRINA, OMNIUMQUE VIRTUTVM LAVDE PRAE-
cellentissimo, Dn. EVSTACHIO A MÖNCHAVSEN Illustris-
simo Principis, ac Domini, Dn. HENRICI IVLII, Ducis Brunsvicensis &
Lunenburgensis consiliario, Praesidi in Grona, Erzen & VVickesen,
Hereditario in Leitzke, Dorneburg, Beben
& Boltessen.

itemq;

AMPLISSIMO, PRVDEN-
TISSIMO ET HVMANISSIMO VIRO,
PATRICIA DIGNITATE, ERVDITIONE, GRA-
vitate, & consilij dexteritate singulari praestantissimo, Dn. IO-
HANNI, MAVRICII F. ALEMANNI, floren-
tissimae & celeberrimae Magdeburgensium Reipubl:
Consuli dignissimo.

DOMINIS MECOENATIBVS, ET PA-
tronis meis, omni pietatis & obsequij studio colendis,
observantia & gratitudinis ergò,


à

JOHANNE LVTKENIO GO SLARIENSE.

VVITEBERGAE,

Typis Zachariae Lehmanni, Anno M. D. XCIIII.

Dn: Iohanni Fortmano Wir-
vordensi Arona loco dedit //



H Y M N U S N A T A L I T I V S

DE CHRISTO SERVATORE
ET IMMANVELE NOSTRO, NA
to ex Maria semper virgine, Sedulij Presby-
teri: A solis ortus cardine.

Hic age quicquid habet hominum vaga maniaterra,
 Amplexu ingenti tenet & quos machina mundi
 Circuit Oceani totus quos ambitus alti,
 Quaque ortu Titan terras aspergit Eoo,
 Purpureos condit vultus qua fessus in undas.
 Quicquid & ipse fovet vitalis Spiritus aure,
 Vivida vox validis quorum sonat indita labris,
 Cui calida spirant intra & praecordia fibrae,
 Atque pio cuius pietas ferit impet e mentem.
 Omne adeo genus, in primis dispersa per orbem
 Terrarum passim late pia Christicolum gens,
 Iubila funde Deo tantarum in munere rerum,
 Concipe vota animo divino, & carmina laudum
 Pange, Deum tollens ad caelum & sidera cantu,
 Et grato benefacta Dei complectere honore,
 Certa que laticia letus da signa futura.
 Si quis inest fibris tacitis vigor, aethere si quis
 Menti infusus inest sensus rectique cupido,
 In Christi laudes nunc sese suscitet ultro.
 In templis reboent divinas organa laudes,
 Organa quae referunt clangoribus era tubarum
 Raucis, & summi resonent praeconia Patris.
 Scintillent tremulo radiantibus lumine lychni,
 Totaque stent rutilis altaria lucida flammis,
 Iam myrrhae lacrymae jactent ad sidera fumum.


Hinc



Hinc quoq; gratisonum vario modulamine vocum
Concentus spirant leti per guttura Carmen.
Atq; novum caelo missum venerabile donum
Perjonet in cunctis passim vox alta cathedris.
Hac est illa dies alacri dignissima plausu,
Et totum nobis sanctè celebranda per orbem,
Quem dedit asserta primordia grata saluti
Christi adum, & clausi reseravit limina caeli.
Dona parate animis natoq; applaudite Christo,
Qui lapsi generis tristes sarcire ruinas
Cum vellet, caelum divinaq; regna reliquit,
Humana & carnis misero velatus amictu,
FACTVS HOMO DEVS est, & nostris additus oris.
Orbis factorem, quare veterisq; salutis
Autorem accipite, & regem cognoscite regum.
Dicite Iessae Christum de virgine natum
Quem chorus aligerum, caeliq; exercitus omnis
Numinis ante thronum spicians insignibus alis
Observat, celebrat, venerandaq; jussi faceffit.
Flammea suspiciunt leto quem sidera vultu.
Quem genus omne domus caelestis poplite flexo
Observat, timido venerans sua numina corde,
Ad cuius natum requiescunt murmura ponti,
Quem tremit ipse atri crudelis Receptor averni.
Plausibus immensis Christo decernite laudes,
Qui terris simul & flammatis praesidet astris,
Debita nunc illi grata date Symbola mentis.
Scilicet hoc pietas jubet atq; hoc gratia poscit
Summa recens nati, memorandaq; gloria Christi,
Vos consuetudo, vos religionis honores,

A 2

Vos



Vos consuetudo, vos religionis honores,
Admoneant justas superis deponere laudes
O celebranda Dei bonitas, Clementia mitis.
Extollenda sono, nullumq; tacenda per ævum.
O miranda Dei multum sapientia patris,
Promissis jam certa fides inventa supernis,
Humanos superant tanta hæc miracula sensus,
Inventa est medicina mali, ne machina mundi
Immensi scelerum formis polluta nefandis,
Funditus eternam traheret concussa ruinam,
Magnum opus & solum divino numine dignum,
Quod Deus ex nihilo læta fundamina terra
Iecit, & affixit cæli revolubilis orbes.
Quod lymphis jussit circumdare Nerea terras,
Quod fecit varios innare per aquora pisces,
Quod miris latos plantavit cultibus hortos,
Mille voluptatum formis herbisq; virentes,
Arboribus varijs, plantis & mille decoros.
Quod decorat solis splendentem lumine mundum,
Inq; sui effigiem quod terra finxit Adamum,
Quadrupedumq; genus saltu nemora alta pererrans,
Omne genus volucrum, quicquid secat æra pennis.
At tamen hoc majus, nostri percussus amore
Quod Deus altitonans, celsi regnator olympi,
Sedibus æthereis promissi temporis orbe
Elapso, misit natum sub virginis alvum,
Qui tetra humanam collapsam labe salutem
Componat, medius deperdita munera reddens,
Tanta Deum misero tangit pro plasmate cura.
Non lati cæli castis de civibus unum

Expertem



Expertem labis, morbi veterisq; reatu,
Magni demittit cœli penetralibus altis,
Sed gnatum unigenam conceptum lumine mentis,
Principium sine principio sine fine perennem,
Hic adyt nostros miseratus sponte labores,
Servilesq; lubens nostri causâ induit artus,
Affereret carnem cœlo quò carne sequestra,
Et Divum daret ambrosijs accumbere mensis.
Fundator cœli regum Rex maximus ille,
Terrarumq; hominumq; parens, quem curia cœli,
Quem mundus metuit, metuit quem tartarus ingens,
Omnia qui solus regit, & qui sidera torquet,
Instabili nunquam quæ currunt æura nutu,
Ante oculos, interq; manus sunt omnia cuius,
Mille potestates cui sunt, & nomina mille.
Ipse Deus verus divini oblitus honoris,
Non horret Divum supplex deponere sceptrum,
Servorum atq; humilis parvis assvescere rebus,
Servilesq; manus nobis submittere egenis.
In nostras igitur fragiles se colligit artus,
Ut nostri generis consors & sanguinis esset,
Eriperetq; omnes Stygi de fauce Draconis.
Victus amore hominum, mortali stemmate victus.
Diversa species una compagine nexa,
Natura gemina pariter venere sub unam,
Quæ modo constituunt personam nexibus unam.
Causa subest, cœlum voluit conjungere terra,
Iungere & æternum, firmum, inviolabile fœdus,
Fœdus quod monstrat tibi mystica scala Iacobi,

Scala ingens pedibus que visa est tangere terras,
Condere sed rutili caput inter nubila cæli.
Omen inest visis, siquidem Divosq; hominesq;
Iunxit amore pio, vinculis & sanguine Christus,
Fœdus perpetuum componens inter utrosq;
Quis tanta humanis prendat mysteria verbis,
Non mens, non ratio, & conceptus pectore sensus,
In terra assequitur tanti miracula facti.
Non tibi si lingua centum, sint oraq; centum:
Docta vel eloquio divini Musa Maronis:
Non si circumiens sinuosis flexibus orbem
Irriget Oceanus totis tua guttura lymphis
Eloquij, non si vox iret fluminis instar,
Tantarum p' sses attingere semina laudum,
Non p' sses harum tenuem pertexere partem,
Huc quamvis cunctas intendas Græcia vires,
Omnibus egregie doctis nutrita Camœnis.
Desuper ætherea scandens divinitus aula
Spiritus omnipotens mortalis viscera matris
Intrat, se teneros totumq; immittit in artus,
Virgineam complens fœcundis flatibus a'vum
Intemerata manent sed casti claustra pudoris.
VERBI turgescent insueto viscera partu,
Fit prægnaus virgo V E R B O sine seminis auctu,
Cum nunquam tactus esset perpeffi viriles
Cenrubus ille Mosis, inutilis quæ perdere flammis
Erubuere ignes, illesis frondibus arbor
Illa manet, candens nec victa calore fatiscit.
Aut veluti vitreo rori impenetrabile vellus
Gideonis, quod non madefactum aspergine roris,

Cum

Cum circum vitreo fluitarent cuncta liquore.
 O nimium felix superis gratissima virgo,
 Quae paritura Deum renouas, miracula mundo.
 Felix quae casto magnum sub corde Tonantem
 Gestas, atq; Dei es vivi venerabile templum.
 Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; vigeant.
 Nobile tu Iessae gestum sub pectore germen
 Edis in hunc mundum, quem pleni numinis infans
 Zacharides tarda clausus sub viscere matris
 Agnovit Dominum instauratoremq; salutis,
 Dum facili insultat motu letatus amico.
 Editur in lucem mundi melioris origo,
 Aeterni patris soboles sperata voluptas,
 Gramineoq; thoro positus, Spes unica mundi,
 Omnipotens rerum Dominus, rerum omnium egenus.
 In cunis gestit matri, & blanditur ocellis.
 Fœcundum pingit qui mille coloribus aruum,
 Lanigerum molli qui vestit vellere cœtum,
 Qui plumis varijs varias decoratq; volucres.
 Non habet in magni spaciosis tractibus orbis,
 Molliter apponat sancti quo corporis artus.
 Non pictis cunis, non ostro insignis & auro
 Intrat in has auras, tecto sed paupere cretus.
 Scilicet ipse humiles ut tollat pulvere mentes,
 Depumat & tumidos dextra frenetq; superbos.
 Quiq; iremanda focis producit robora sylvis,
 Ille boum calido nunc lenit frigora flatu.
 Haustus huc nitvei prae bent & pocula lactis,
 Diuite qui dextra pascit genus omne volantum,
 Et quicquid diffundit aquas sylvasq; pererrat,
 Nulliusq;

Nulliusq; fame patitur consumi artus.
Talia miratur leti domus aurea caeli,
Alitum & valvis exercitus eruit altis,
Et manibus plaudit, letus nova carmina dicens,
Sicq; novum terris letus gratatur honorem:
Aurea pax terris redeat, concordia simplex
Imperium late vestris extendat in oris.
Alma quies animis habitet nova gaudia sensim
Perfundant grata semper dulcedine mentes.
Summa Deo summo reddatur gloria soli.
Devotoq; illi reddantur pectore grates.
Agnoscent puerum premi per prata magistri,
Credita queis fuerat pecoris custodia late
Lanigeri, properant celeri contendere cursu
Certatim timidi, sancta ad cunabula Christi,
Admoniti signis illustri noctis in umbra
Aligeri juvenis, sibi gaudia leta ferentis,
Atq; animo timidis solatia grata canentis.
Inclarescit opus celebratum laude cohortis
Angelica, fama & capit incrementa per orbem
Immensum, pecoris primum evulgata magistris.
Gloria summa patri rutilis qui praesidet astris,
Dilectum gnatum donanti pignora mundo.
Laus & honor Christo, caeli qui munera reddit,
Que male persuasus Satana profuderat Adan.
Gloria Spiritui Sancto, qui munere verbi
Salvisici monstrat tanti mysteria facti.

F I N I S.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical or legal context.













754709

AB 754709


3
ULB Halle
003 348 458


IL

VD 17

M/12.95







Farbkarte #13

B.I.G.

6

LITIVS
 VATORE ET
 RO, NATO EX
 to Presbytero conscri-
 ditus & dicatus,

ET MAGNI-
 SAPIENTIA, DO-
 VTVM LAVDE PRAE-
 LÖNCHAVSEN Illustriss:
 V LII, Ducis Brunsvicensis &
 rona, Erzen & VVikefen,
 neburg, Beben

PRVDEN-
 NISSIMO VIRO,
 RVDITIONE, GRA-
 prastantissimo, Dn. IO-
 LE MANNNO, floren-
 burgensium Reipubl:
 imo.

TIBVS, ET PA-
 sequi studio colendis,
 tudinis ergo,

GO SLARIENSE.
 GAE,
 no M. D. XCIII.

mi Fortmano Wirr-
 si Arone loco dicit

